

cunctarumque fortitudinum ac virtutum Principis, Ad pradam filii ascendisti; ut per mortem suam tartarum deprædaretur; equiscentis accubuit, in leo, jacens in sepulchro; & quasi leonæna; ejus nempe sanctissima anima unita divinitati descendens ad inferos, eos expoliavit. Quis suscitabit eum Hoc est ut explicat D. Ambros. lib. de Bened. Patriarch. in Benedictioe Juda Quis alius eum poterit suscitare, nisi tantum Deus Pater. Illud autem de leonæna aliter explicat D. Epiphanius hæres. 78. quia mater Christi est leonæna; sicut enim leonæna semel tantum parit, ita Beata Virgo. Sed hoc de leonæna non existimatur verum, & modò non erunt plures leonæna in uno individuo conservabatur. Hæc dixi, ut videatur, quam aptè Christus dicitur Leo de Tribu Juda; cætera, quæ in prædicta Prophetia Jacob continentur cum omni proprietate ac veritate explicent nostri Commentatores de Christo D. Secundò, Christus dicitur Leo ob fortitudinem: Leo fortissimus bestiarum nullius pavescit occurrunt. Proverb. 30. num. 30. Inde ipse maximè ut victor decantatur, Vicit leo. Ad quod etiam alludens Jacob in citata prophetia, ait Ad pradam filii ascendisti, & in canonicis, Habac. 3. postquam dicitur: Cornua, seu clavi, in manibus ejus, statim adungitur ibi: Abscondita est fortitudo ejus, n. 5. Et inde secuta est victoria & præda, qua mors & diabolus est victus, & cum morte ac diabolo simul peccatum, & infernus, unde sequitur: Ante faciem ejus ibit mors, tanquam ducta in triumphum una cum diabolo, unde dicitur: Egredietur Diabolus ante pedes eius. Victa morte, & Diabolo Christus ejus occupavit regnum, & principatum, qui erat universa terra, ac proinde ut victor, & Dominus, sicut & mensus est terram. Quod totum paucis nobis proponit Paulus Colossens. 2 n. 15. Expolians, ait, principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Hinc cum de aperiendo libro agitur Christus decantatur victor; Vicit leo de Tribu Juda quia Christus ut Leo fortissimus vicit, & superavit omnem principatum, potestatem ac difficultatem. Unde juxta mentem D. Bernard. Senensis t. 3. in Quadrag. serm. 47. Christus dicitur victor absolute, quia in omni ordine ac genere victor ac triumphator exitit. Tertio, D. Epiphanius in Physiol. ait, Catulus Leonis Juda. Quod in Juda adumbrantur omnes homines, & inde dicitur catulus Leonis, qui nascitur mortuus, & cæcus; & tertia die à patre leone in illum spirante, vitam simul ac visum recipit. Sic Christus gentes peccato mortuas, & in fide cæcas vivificavit & illuminavit, tertia die cum Resurrectione sua, quando ipse surrexit à mortuis. At hoc de Leone etiam non existimatur verum; nisi ipse pro mortuo dormientem intelligat Leonem. Quarto idem D. Epiphanius. cit. loc. Leo, ait, sua cauda vestigia obtigit, ne à venatoribus capiatur. hinc Christus dicitur Leo, quia missus à Patre, qui sic suam Divinitatem cooperuit, dum sese exinanivit descendens in Mariæ uterum, ut ejus Divinitas maneret occulta omnibus creaturis. Et ita ait Divus Thomas. Christus Leo fuit in Incarnatione, qui & Deitatem humanitate operuit, sicut cauda leo vestigia, ne Diabolus, vel Judæi divinitatem agnoscerent. Isaiæ

numero 25. Verè Tu es Deus absconditus. Quintò, Christus dicitur Leo ob regiam dignitatem: Leo rex est animalium omnium: sic Christus Rex est mundi, & princeps sæculum ac omnium Sanctorum; cum hac tamen suprema dignitate conservavit summam humilitatem, pro qua egregiè facit, quia in citata Prophetia ait Jacob: Catulus leonis Juda accubuit sicut leo. Cæter, ait quod juxta Hebræam habetur, genuflexit, sicut Leo. Cur inter prima eelogia Judæ decantatur quod genuflexit, quia Christus cum sua altissima dignitate, profundissimam etiam humilitatem declaravit, cum genuflexo suorum discipulorum pedes lavit, sicut verus leo generositate suam in humilitate præmonstrans. Sextò, Leo sic dictus est ob vigiliam, nam leo ut natus est, mox oculos aperit, & Christus statim à conceptione oculos apertos habuit ad videndum Deum, visione beatifica, & in Deo omnia futura. Septimo, Leo apertis oculis dormit; hinc leo symbolū est vigiliantia, sic & Christus, in mortis somno apertum habuit oculum tam divinitatis suæ, quā suæ animæ per visione beatificam ac scientiam infusam, ut inspiceret quæ circa suos erant ac etiā videret eos, qui in limbo detinebantur, ut inde suos captivos extraheret. Octavo, Leo suo ragitu feras omnes exterrit; hinc ait D. Hilarius in Psal. 132. Leo terrori est feras omnibus; & hic solus per confidentiam, & securitatem dormit interevidens, terror omnium vigilans est. Hinc dicitur Christus Leo, qui multo terrore affecit Diabolum, & ejus ministros in Resurrectione; ex quo conjice quanto terrore afficiet, cum evigilaverit ad judicium, quis poterit ferre tonitruū vocis ejus: Ite maledicti in igne æternū. Nonò, Leo hoc habet ingenium, quod debellet sibi repugnantem, & suis pedibus prostratis nullum inferat damnū; hinc & Christus leo nancupatur, ipse enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, & benignitatem. 1. Petr. 7. Thomas Angelicus, Christus Leo, ait, in retributione æquitatis, hæc est enim leonis natura, quod humiliantem se, & prosteruentem ad pedes suos mixem se præbeat, stantem verò, & rebellantem prosteruat, si ut facit Dominus. Decimò, Christus Dominus dicitur Leo ob generositatem, maximè cum animo vitia peccatorum objurgavit, & reppendit, ut ab eo Concionatores discant qualiter in suo ministerio se debeant habere, non tanquam timidi, sed ut generosi leones. D. Bernard. Senens. in præsentibus: Fuit Christus leo in prædicatione; quia audaces, & viriliter reprehendebat malos, in vitia, & peccata. Matth. 23. Va vobis Scriba & Pharisæi. Ose. 11. n. 10. Quasi Leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filii magis. Id est iniquitatis. Undecimò Non solum dicitur Christus leo, sed etiam de Tribu Juda, radix David, ut denotetur, quod verus homo erat, & idè per eum vicit ac triumphavit, & quia filius Juda erat, & verus homo, idè pati & mori potuit. Rupertus, Quia tali dictione rem, vel causam oratione tetigisset, inde leo fit, & unde vicipere potuit Christus, namque unde de Tribu Juda est, & ex semine David, non inde est, neque inde mortem vicit, aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanquam Agnus mori, vel occidi potuit. Duodecimò, Fletu Ioanni dicitur: Vicit Leo de Tribu Juda aperire librum. Meriò addubitat M. Bæca tomo 2. in Evangelia lib. 7. cap. 3. 2. Bæca. quid

96. Christus eū sua suprema potestate conjunxit summam humilitatem. Cajet. Ioan. 13.

97. Christus seniper vigilans in suos.

98. Christus multam vigilantiam habet in suos.

99. Christus stans per se, humilibus condonat. Th. Angelic.

100. Christus exemplar Concionatorum, ut reprehendant.

101. Christus homo mortuus est.

Rupert.

quid habet leo cum libro? Antea in tota Apocaiypsi non memoratur leo, sed modo eum aperendus sic libet. Antea dicitur Alpha & Omega principium & finis, filius hominis, qui habet romphæam acutam, & alia hujusmodi: ac cùm de aperture libri agitur, leo appellatur; aptus leo proponitur ad prædam apam ad librum. Per leonem denotatur summa efficacia Christi magisterii, non enim parvi, sed linguæ debent leunculi, ut tradit D. Epiphanius in Physiol. quod perfectam parentis speciem induant, nam leunculi nascuntur tanquam quid informe, parentum linguā perfectam leonis, formam obtinent: sic homines, qui à natura infecta belluinis, brutisque moribus deformes parturiuntur, Christi magisterio & doctrinā debemus, quod regiam naturam hominum induamus: Et aptissimè leonem refert Magister noster Christus, qui doctrinæ suæ beneficio informes, & belluinis suos catellos transfigurant in homines regios ac Dei Sacerdotes; ex quo cuncti magnum habemus documentum, quod debeat non parentibus, sed magistris, quorum diligentia reddimur viri perfecti ac justi consummati in omni doctrina, & sanctitate. Aperto cœlo ostenditur Petro lineum quoddam, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terra, & volatilia cœli. Er vox facta est ad Petram, dicens: Surge, occide, & manduca. Actor. 10. n. 13. Sed quomodo Principi Apostolorum paratior in cibum quadrupedia, & serpentina teræ, quæ sunt ferocia ac indomita animalia veneno plena? quo pacto ipse manducabit, quod est valde pestiferum, & noxium naturæ? Petrus constitutus erat à Deo totius Ecclesiæ Pastor, & Magister. Dicitur ergo ei: Occide, & manduca: beneficio nempe tui oris, ac gladio tuæ linguæ interfice eorum venenum, nequitiam ac malitiam, ut ita jam non sint quod erant, sed tuorum verborum efficacità sic mudentur ac reformentur, ut jam tibi apti ac proportionari fiant in suavè alimentum ac dulce pabulum, ut tibi ac toti Ecclesiæ inserviant. Eleganter Divus Augustinus in Psal. 73. Quid est malitia, & manduca: Occide quod sunt, fac quod es. Occide eorum malitiam, & fac eos tibi tuo magisterio proportionatum, & simile alimentum; ut jam non sint, quod erant. Roman. 8 n. 26. ait Paulus: Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram, nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis, & in articulis inenarrabilibus. Communis quæstio quomodo ipse Spiritus, cùm sit verus Deus, dicatur quod oret, & gemat; cùm enim sic sit supremus Dominus, non orat, sed nos ipsum oramus, ut nobis det, & concedat id, quod optamus. Aliqui apud Toleum & Cornelium citato loco, dixerunt quod locus sit exponendus de proprio nostro spiritu, qui ex alta ratione ductus, ad perfectam orationem nos inducit; tamen D. Augustinus cum communi sententia de Spiritu Sancto tertia Trinitatis Persona Textum interpretatur: & optima ratione, nam ipse est omnium magister, & Doctor: Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. Joan. 14. n. 26. Et cùm sit verus Magister efficacità suæ illustrationis ac doctrinæ nostram infirmitatem mutat in fortitudinem; nostram incipientiam, in veram sapientiam ac scientiam, ut nos faciat rectè orare ac gerere; Sybira in Apocaiypsin. Tom. 1.

D. Epiphanius. Christi magisterio debemus, quod ex feracità natura redamur filii iusti.

103.

Act. 10.

Bonus Magister vemas nos mores suas, & bonos.

D. August.

104. Rom. 8.

Joan. 14. Verus Magister debet in se formam veram scientiam.

quod tam admirabiliter & altè præstat, ut in se dicatur habere, quod in nobis operatur D. Augustinus. Non ergo, ait, Spiritus Sanctus in semetipso apud semetipsum in illa Trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate substantia gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parva res est, quod nos docet Spiritus Sanctus gemere, cùm sit verus Magister nostram imbecillitatem reformat, & mutat in veram loquelam.

QUÆSTIO XIII.

Quare Leo decantatur victor ad aperiendum librum; & tamen de facto non Leo, sed Agnus tanquam occisus librum aperit?

Ioannes videns librum ob signatum maximum desiderabat scire mysteria in ipso contenta; qua de causâ in multis lachrymas persolvitur, dicitque ei unus ex senioribus, quod ne fletet. Vicit leo de Tribu Juda, aperit librum, & solvere septem signacula ejus. Et tamen Ioannes expandens oculos videt in throno Agnum tanquam occisum: qui venit & accepit de dextera sedentis in throno librum, illumque aperuit. Mira res, leo auditur ac promittitur librum referatur; & tamen de facto Agnus aperit. Numquid visus, vel auditus fallitur? Auditur leonem librum aperturum, & tamen obtutus non leonem, sed Agnum videt librum aperientem; Victoria decantatur leoni, Vicit leo; At tamen rem victoriæ e usque materiam non Leo, sed Agnus persolvit, qui accepit de dextera sedentis librum, ipsūque aperuit. Ecce difficultas quæstionis.

Respondeo, Primò ad quæstionem, quod bene decantatur, Vicit leo de Tribu Juda; cùm tamen Agnus visus sit aperire librum in quo mysteria nostræ Redemptionis continebatur; quia in eo respændit ac enituit virtus Christi ut Leonis, quod ipse esset mortuus tanquam Agnus; ac proinde cùm ipse ut Agnus esset mortuus, mortemque sibi assumpsit, suamque fecit, inde ipse virtutem leonis ostendit, ac ut leo vicit, & triumphavit cum tertia die gloriosè devicta morte resurrexit Rupertus Abbas. Is, ait, qui per mansuetudinem, & patientiam in sua passione Agnus erat, & sicut Agnus coram tudente se obmutescens, non aperuit os suum; ipse consummata eadem passione, mox tanquam catulus leonis ad prædam ascendens infernum spoliaverat, at que in sepulchro requiescens, & accubens ut leo, quasi leonæna ipsam quoque mortem corporis, & in semetipso, & in nobis tertio die magno rugiet, magno quo terram contriverat. Quia mortuus est tanquam Agnus, magno terræ motu ac rugitu tanquam leo, devicta morte tertia die resurrexit ac librum, & aditum vitæ nobis aperuit. Secundò, Divus Bernardus sermone primo de Paschate: Leonem, Ioannes audierat, & Agnum vidit; Agnus accepit librum, Agnus aperuit, & aperuit leo. Denique dignus est (ajunt seniores) Agnus, qui occisus est accipere fortitudinem, non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem, ut Agnus maneat, & leo sit. Ioannes leonem victorē audierat, & tamen Agnum vidit librum

105. Difficultas quæstionis.

106.

Rupertus. Christus mortuus ut Agnus, tanquam leo devicit ac resurrexit.

107. D. Bernard. Mansuetudine omnium animos Christus subjicit ac debellavit.

librum apertentem. Tunc enim fuit leo fortis & simul ad vincendos, & devincendos animos, quando ut Agnus mitissimus apparuit, dum Agni mansuetudinem præ se tulit ac ostentavit tunc validissimum robur, & incredibilem accepit & indoit fortitudinem, qua universum mundum expugnavit ac subiecit. De hoc fortissimo Agno ait Habac. c. 3. n. 4. *Cornua in manibus ejus, sibi abscondita est fortitudo ejus.* Ad quæ verba sic ait Drogo lib. de sacra Passione: *Quæ autem fortitudo tua nisi mansuetudo tua.* Mansuetudine Dominus omnia ad se traxit & potentissimorum animorum subiecit ac devicit.

Habac. 3.

Drogo.

108.

Tertio, Joannes audit leonem victorem, & tamen in re victoriæ ac triumphi non vidit nisi Agnum occisum. Leo simul & Agnus est Dominus, ut mansuetudo mites coronet ac exornet, & etiam rationalis ejus ferocitas conterat inimicos ac indomitios; et tamen & cœcitate, Pulchrè Richardus lib. 2. in Apocal. c. 3. *Leo per potentiam, ait, Agnus per mansuetudinem, Leo malos puniendo, Agnus bonos redimendo.* Utrumque Domini æque majestatem commendat, malos scilicet punire, & bonos teneritudine ac affabilitate fovere, & recreare. In medio fornacis apparet Deus ut innocentes pueros indemens terret. Dan. 3. n. 9. 2. & simul apparet lapis abscissus conterens statuas; Dan. 2. n. 34. Deus dicitur lapis ille simul pueros servans ac statuas evertens, æqualis majestatis laus est servare justos ac nocentissimos evertere. D. Irenæus, c. 34. *Aliquando filius Dei visus est, cum his, qui erant in camino, liberatis eos de igne, aliquando lapis abscissus sine manibus, & percussus temporaria regna.*

Magna principis gloria est malos punire, & innocentes fovere. Richard. Daniel. 2. Daniel. 3. D. Iren.

109.

Quarto, Res valde mira: leo decantatur victor, vidit Leo: ac Agnus apparet in throno. Et ecce in medio throno, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem. Leo cernitur in pugna ac campo, videtur Leo. At Agnus se exhibet in throno: non vice versa res se habet. Agnus in campo, leo in throno. O præclarum cunctis Regibus documentum, ut in bello se habeant tanquam feroces leones ad prædam; ac in throno, & regali majestate, sic mites humiles ac blandi, tanquam Agni; non vero è contra Agni in bello, & rigidi ac fortes leones in throno. Richardus Victor. *Redemptor, ait, est leo per potentiam majestatis: Agnus per mansuetudinem, leo fortitudinem. Agnus pietate, leo in promissione, ut spes infirma se roborat: Agnus exhibitione, ne pavida conscientia formidaret, quem videlicet Agnum vidit in medio throni.* In throno non terret torvitare supercilii leonina, sed agnina allicit mansuetudine; ac in campo non ut in bellis Agnus dejicitur, sed ut leo fortissimus roboratur. De lacta Jacobi cum Angelo ait Oleas, c. 1. n. 3. *In fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est, stetit, & rogavit eum.* Res mira, si videtur, quomodo rogatur simul eodem tempore videtur & rogatur est, fortitudine eminent in lacta, precibus ac subiectione in palma ac victoria, ut in fastigio se exhibeat humilem in certamine fortem. D. Hil. 5. de Trinit. *Hanc, ait, ejus benedictionem rogas, complexu tuo validior elidit: aliud enim, quam agis, sentis.*

Rex sit fortis in bello, mitis in throno.

Richard.

Oleas. 12.

D. Hil.

110.

Quinto, vivum leonem ac victorem contemplatur Ioannes, & tamen Agnum occisum aspicit, librum apertentem, & negotium victoriæ agentem, cur ergo in re victoriæ ac triumphi

non leo exultans, sed Agnus occisus cernitur, ut inde fiat manifestum, quod nulla victoria, nulli que triumphus Dei venit, nisi per bellum, & mortem carnis ejus, quæ affectibus instigatur, alienum enim est à vero, quod ejus intendat vitæ perfectionem, cum amore Dei, & carni, ejus, quæ cupiditatibus se totam tradat, ab his longe abest qui Dei amicitiam cum perfectione quaerit. Paul. Oros. lib. de libero arbitrio. *Agnus Dei, ait, Filius Dei, ut accipiat librum de manu Patris, proferri signata Passione, non indicans per petratam nisi in morte, & resurrectione victoriam, & an maritus meus venire sibi posse perfectione vite immaculata manducanti, h. benti, dormientique.* Gal. 2. *co. si mar.* Unde Paul. i. c. 2. *Unde Paul. i. c. 2. 20. Crucifixus sum cruci, vivo autem jam non ego, sed vivis in me Christus.* Ex quo ait D. Cyrill. Alexandrin. *Mundana namque conversationis mors Evangelica vita origo ac fundamentum est.*

Sexto, Leo fastu & applausu victor ac triumphator omnia more publicatur, & tamen Agnus tanquam occisus librum referat: Leo & Agnus est Christus D. cur ergo ipsemet ut leo utrumque Domini æque majestatem commendat, malos scilicet punire, & bonos teneritudine ac affabilitate fovere, & recreare. In medio fornacis apparet Deus ut innocentes pueros indemens terret. Dan. 3. n. 9. 2. & simul apparet lapis abscissus conterens statuas; Dan. 2. n. 34. Deus dicitur lapis ille simul pueros servans ac statuas evertens, æqualis majestatis laus est servare justos ac nocentissimos evertere. D. Irenæus, c. 34. *Aliquando filius Dei visus est, cum his, qui erant in camino, liberatis eos de igne, aliquando lapis abscissus sine manibus, & percussus temporaria regna.*

Tunc quis videt perfectionem ac religionem ac tenet, cum bellam carni & sanguini induit.

Oros.

Gal. 2.

Cyr. Alex.

111.

Potens sua potentia se cœtur, humilis sua humilitate dejicitur.

Richard.

Act. 12.

112.

Christus valde promptus ad nostras preces suscipiendas.

Ansbert.

113.

Patientia triumphat de omni fortitudine ac potestate.

Rupert.

114.

Exod. 12.

Patientia omnia vincit & subjicit.

Rupert.

115. Matth. 10.

D. Chryf. Mitis patientia de omnibus triumphat.

promittitur leo aperturus? Magno dictamine sanè hoc est dictum, ut inde sint evidens, quæ n ad triumphos ac victorias conducatur agnina mansuetudo, & patientia; ab agni patientia provenit leonina fortitudo, quæ omni victoria de hostibus gloriosa resplendet. Rupert. 1. 4. in Apoc. *Qui agnus est, ait, innocenter moriendo, Leo quoque factus est, merito fortiter evincendo.*

Cælum & terram ac elementorum fortitudines, Moyses & Aaron ad convincendum Pharaonem convocaverunt, novem horribilium plagarum machinas in tyrannum contorserant, & nihilominus tyrannus persistebat ut populum captivum retineret. Quid tunc Deus ordinavit ait Moysi; *Tollat unusquisque Animam per familias, & domos suas, &c.* Exod. 12. n. 3. Cujus sanguine super luminaria ostium tingenda erant; quod factum sic immutatum est cor Pharaonis, ut nocte illa dimitteret populum cum omni sua substantia; & urgebant Ægyptii populum exire de terra velociter. Ibid. n. 33. Res sanè mira, triumphum, quem non reportaverunt manus Moysi armatae ferocitate leonina sanguinis; grandinis, fulminis ac multarum aliarum plagarum, eum reportavit unus Agnus sanguine fuso, & sic sanè contigit, ut id quod una fortitudo leonina non obtineret, una agnina patientia teneret, & assequitur. Plus triumphat de hostibus unus agnusculus omnia patientia sustinens, quam mundani tyranni fortitudine suarum machinarum. Rupertus lib. 2. in Joannem. *Per immolationem, ait, Ani Pharao quondam superatus est, & Israelitarum servitus soluta est, quod per manum Moysi & Aaron, plagis immixtis perfici non potuerat, sic per Passionem Christi, princeps tenebrarum Diabolus victus est.*

Ait Christus Dominus suis Apostolis: *Ecco ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. n. 16. Et cur oves ad lupos mittuntur? An ut vorentur ac perdantur à lupis; Absit, sed ut lupos viant, subiciant, ac de eis triumphent. Sicut enim proprium est ovium à lupis pati sic ipsa ovina patientia certissima victoria est de lupis. D. Chryostom. homil. 34. in Matth. *Erubescant, igitur, ait, qui contra facientes quasi lupi adversarios prosequuntur, cum videant innumeros lupos ad ovibus vincit paucissimis. Et certè quosque sumus oves facile hostes vincimus: cum vero in naturam luporum transimus, tunc superamus; tunc enim nullum nobis à Pastore parocianum ad se, qui non timet, sed oves pascit.*

QUESTIO XIV.

Quare cum de aperiendo libro agitur, Christus Dominus dicitur Radix David?

Tota difficultas est, quomodo Christus Dominus dicitur Radix Davidis sicut Isai. 12. n. 10. *In illa die radix Jesse, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur.* Quomodo ergo Christus Dominus radix David esse potuit, qui ex Davide tanquam ex radice traxit originem, ex quo videtur Davidem potius radicem Christi, quam Christam radi-

cem Davidis appellari debuisse. Unde dicitur citato c. 11. Isai. n. 1. *Egredietur virga de radice Jesse.* Hoc est Messias Christus Dominus ex Jesse, sive Isai. patre Davidis tanquam ex radice ortitur. Quomodo ergo Christus hic dicitur radix David, est tota quaestio.

Primo, Respondent Andreas & Rupertus, & alii, quod Christus dicitur Radix David quoad Divinitatem, nam licet secundum humanitatem, & qua homo, natus sit ex semine David, tamen qua Deus, creator ac auctor est David. Secundò, Aretas, & Ansbertus asserunt, quod secundum humanitatem, David fuit semen, & origo ex qua natus est Christus, qui est quasi radix germinans omnes fideles, omnem gratiam, & gloriam. Quod sic explicat Thomas Anglicus; *Christus dicitur Radix David, quia multo antequam nasceretur in terris, ut prorsus ministrabat gloriam, & cetera dona Patribus antiquis, sicut radix humorem, & nutrimentum ministrat truncis ac ramis.*

Tertio Albertus Magnus ait quod Christus dicitur Radix David, nam sicut radix à terra habet humorem vitæ, non propagatione ac semine; sed quia ab ipsa recipit materiam; sic Christus dicitur à Davide sic secundum carnem non tamen carnali propagatione ac virili semine, sed quia ab eo habet accep à naturam humanam, licet mirabili ac extra ordinario modo.

Quarto, Ribeira, Alcazar, & Cornelius inquirunt quod Christus D. quamvis videatur ut ramus ac stirps procedens ex familia Davidis, tamen dicitur Radix David, quia ipsa familia Davidis jam penè succisa extincta humi depressa, & in radice tantum sub terra, quasi delitescens, tunc Christus subpullulans, & ex ea prognatus hanc regiam David familiam, ejusque regnum non temporale, sed spirituale restituit, imò longè amplius, & gloriosius, quam fuerat sub Davide, effecit. Unde dicitur Isai. 53. n. 1. *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siccitate, Virgultu, & terra siccitate ostendunt summam rerum temporalium paupertatem, & inopiam; Ascensus tamen coram Deo indicat summam gratiam ac spirituales opes.*

Quo hæc maxime sunt explicanda; primo, cur Christus dicitur radix David. Secundo, quare peculiariter hoc loco dicitur radix? Dico ergo, quod si Christus sumatur præcisè prout est stirps ac soboles David, sic non est radix, sed ramus; si vero consideretur qua Davidis filius, in quo ejus soboles, profapia ac regnum, ei promissum, ut in æternum duraturum, fuit reparandum, sic Christus est radix David, qua ex Davide secundum carnem exiens pullulavit David sobolem novam à Deo promissam illustrissimo ac spiritali modo, ut ei dictum est Psal. 88. n. 38. *Et sedes ejus sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum.* Luc. 1. n. 32. *Dixit Angelus, Dabit illi Dominus Deus sedem Patris ejus.* Proindeque radix hæc prior est aliquid David, majus quid in se habet, & majus quid producit, quam per se potuit producere David. Radix ergo David novæ ejus profapiae, novique regni in æternum duraturum.

Hoc novum regnum, & hanc novam generationem protulit hæc radix David, dum tanquam Leo de Tribu Juda, Diabolus principem tenebrarum harum vincit; & de ipso triumphavit. Additur, *Radix David aperire librum.* Nam